



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

KIRKEHISTORISKE SAMLINGER,

FJERDE RÆKKE,

UDGIVNE AF

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE

VED

HOLGER FR. RØRDAM,

Dr. phil., Sognepræst.

FØRSTE BIND.

KJØBENHAVN.

I KOMMISSION HOS UNIV. BOGHANDL. G. E. C. GAD.

THIELES BOGTRYKKERI.

1889—91.

Optegnelser af salmedigteren Mag. Hans Thomesen.

Ved rektor A. E. Erichsen.

For ikke længe siden kom jeg i besiddelse af et exemplar af kirkeordinantsen (trykt 1562), hvis første eier, som efter alt at dømme var salmedigteren Mag. Hans Thomesen, i randen har tilskrevet adskillige bemærkninger, hvoraf de fleste dog neppe har synderlig betydning¹⁾. Men bag i exemplaret findes ikke mindre end 118 blade, som alle er beskrevne med optegnelser, vedkommende kirkelige forhold i Danmark. Disse blade har tydeligt nok allerede fra den første eiers tid været indbundne sammen med ordinantsen, men er ved en senere ombinding mod slutningen komne i nogen uorden.

M. Hans Thomesen blev 1561 sogneprest ved Vor Frue Kirke i Kjøbenhavn, der opstilledes som en slags mønsterkirke med hensyn til den rette iagttagelse af alle kirkelige skikke og vedtægter, hvorhos han kort efter blev provst for Smørums og Sokkelunds herreder og derved øverste provst for hele stiftet. Der var altsaa al anledning for

¹⁾ Et par af dem kan her nævnes. Paa det LX blad, ved bestemmelsen om, at skolemestrene, naar børnene er 12 aar og ingen fremgang gjør, skal give forældrene det tilkjende, for at de kan sættes til noget andet, har han tilskrevet: „Quod non fit“, — og i kongebrevet foran Ribeartiklerne ved befalingen om, at superintendenterne skal samles i Ribe, har han tilføiet: „in Musæo Episcopali“.

ham til at anlægge en samling baade af de tidligere og af de paa hans tid udgaede bestemmelser om kirkelige forhold. Indførelsen af optegnelserne er forresten først paa-begyndt i 1568 og er for Hans Thomesens vedkommende aabenbart afsluttet i 1570.

De 3 smaastykker af disse optegnelser, som her skal meddeles, er, som jeg sikkert antager, skrevne med Hans Thomesens egen Haand. De indeholder en beretning om, hvorledes det gik til ved hans valg til provst og om den første synode og første kalent, hvori han deltog, alt i juni 1561. Det er indført i haandskriftet paa én gang, i stor hast med fin og utydelig skrift og meget sterke forkortelser; da derhos blækket har været slet og nu er meget afbleget, har læsningen været forbunden med en del vanskelighed.

Følgende Fortegnelse over haandskriftets indhold kan maaske have nogen Interesse:

1. »Aff den Suenske Manual sequentia descripta sunt 1568. Hurledis handles skall mett de sluge.« 8 blade.

2. »Hurledis mand skall handle mett dennem, som afliffues skall.« 6 blade. Maaske af samme kilde.

3. »Exhortatio ad communicantes«. En kort disposition paa 1 side.

4. »Formula exhortandi ad poenitentiam et excommunicandi impenitentes bis in anno«. (Af Hans Thomesen). Trykt i Ny kirkehist. Saml. II. 509, men haandskriftet har paa ikke faa steder afvigende udtryk, hvorhos slutningen er meget forskjellig.

5. »In arce Hafniensi ad hunc fere modum potest fieri exhortatio.« Synes at være et ufuldført udkast.

6. »Absolutio privata«. 3 blade¹⁾.

¹⁾ Som et kuriosum kan anføres, at ved bønnen: »Den evige Gud forlade dig alle dine synder« er som note ved ordet »dig« tilføjet: »etiam sic nobilibus et magnis viris dicendum.«

7. »MDLV. Declaratio quorundam articulorum in ordinatione Ecclesiastica.« Trykt i D. Kirkelove I 471 fgg.

8. Følgende notis: »Synodalia Nicolai Palladii Anno 1556 i Schania proposita impressa sunt in tabella, quam vide.«

9. Synodalia Roschildensia for aarene 1559—1568. Indførte paa én tid (i 1568) med en meget regelmæssig og tydelig haand. Ofte findes tilføielser med Hans Thomesens haand. Sproget er afvekslende dansk og latin. Ved at sammenholde haandskriftet med den redaktion af disse synodalia, som af Dr. Rørdam er meddelt i Ny kirkehist. Saml. II, sees, at haandskriftet har mest tilfælles med hans opskrift nr. 1. Imidlertid er der for flere aar adskillige afvigelse; haandskriftet er ofte mere kortfattet, udtrykkene falder mangededs anderledes¹⁾.

10. Skrivelse fra rektor og professorer ved universitetet til alle rigets superintendenten, dat. St. Bartholomæusdag 1540. (Jvfr. Rørdams Universitetshist. I, 136.)

11. De antvorskovske dekretter af 1546. Trykt i D. Kirkelove I.

12. De kjøbenhavnske synodaldekretter af 1540. Trykt i D. Kirkelove I.

13. »Articuli in confirmatione regia [capituli Ripensis] Anno Dni 1551«. Trykt hos Kinch, Ribe Bys Hist. II, 49—51; jfr. D. Kirkelove I, 306—7. — Ogsaa nr. 9—13 er indførte af en afskriver.

14. De nedenfor meddelte optegnelser af M. Hans Thomesen. De maa være indskrevne i bogen 1568 eller 1569.

15. Efter bemærkningen: Anno MDLXIX propter obitum Dn. Episcopi nulla synodalia fuere«, følger: »Anno MDLXX Synodus celebrata est Roschildiæ, M. Paulo Matthiæ in locum defuncti Albertii Ripis evocato. Biorno²⁾ vaar til

¹⁾ Paa flere steder er latinen bedre og rigtigere i haandskriftet end i den trykte text.

²⁾ Stiftslensmanden Bjørn Andersen.

Landsting. Lago Bech eius nomine sedebat, Georgius Munck aderat. Indeholder korte notiser om bispens taler samt om de paadømte sager, hvoraf nævnes flere end i Ny kirkehist. Saml. IV. 360. Det hele er uafhængigt af de officielle synodalia og gjør indtrykket af at være optegnet efter hukommelsen og til eget brug.

16. Kongebrev af 13 januar 1568. Trykt i D. Kirke-love II 105.

17. Synodalia Roschildensia 1569—74 (undtagen 1571), hvoraf de for 1569 og 1570 stemmer vel med den i Ny kirkehist. Saml. II og IV trykte redaktion¹⁾. For 1570 er titelen: »Synodalia Anni 70 dictata Pastoribus provinciarum etc. Sochelund in templo S. Spiritus Hafniæ». For 1572 indeholder haandskriftet noget mere end i Ny kirkehist. Saml., men for 1573 og 1574 er der kun korte og ubetydelige uddrag. Nr. 16 og 17 er skrevne med en og samme haand og maa være indførte af den mand, som efter M. Hans Thomesens død (1573) kom i besiddelse af bogen²⁾.

Quarto die Junii [1561] fuit conventus Episcopi et pastorum apud D. Severinum³⁾ in Glasaxe, ubi electus sum in præpositum.

Dominus Episcopus primum tali ad assidentes usus est oratione:

¹⁾ Det kan bemerkes, at for 1569 haves i § 2 ogsaa i Haandskriftet parenthesen: »Credo tamen hic subesse dolum», aabenbart optaget efter en ældre kilde. I § 3 læses: »Mester Hans Mogensøn aff Møen». I § 5: »Skamstrups sogn».

²⁾ Det maa kaldes ret mærkeligt, at de efterfølgende gamle Optegnelser, vedrørende Sokkelunds Herred, og andre lignende sammesteds fra (se Kirkehist. Saml. 3. R. IV, 836. VI, 791) nu maa søges i Norge eller dog have haft hjemme der. H. F. R.

³⁾ Hr. Søren Kock (Wiberg I. 458).

Magna est verbi divini cum dignitas tum utilitas. Quare illud summo studio conservandum et pure proponendum est.

Cum autem id per ministros fiat, necesse est, ut semper pii, docti et idonei ecclesiis præficiantur. Duæ itaque sunt huius conventus nostri curæ, una, ut communibus iisque liberis suffragiis eligamus præpositum, qui sit inspector ecclesiarum in his duabus provinciis et socius laborum meorum. Altera est, ut conferamus de iis, quæ ad veram religionem conservandam facere videntur.

Sed quia consilium salutare et ecclesiis utile divini auxilii imploratione impetratur, oro æternum patrem domini nostri Jesu Christi, ut propter filium suum misereatur nostri et pectora nostra suo sancto spiritu accendat ac moveat, ut ea capiamus consilia, quæ ipsius gloriam et ecclesiarum utilitatem promoveant.

Jam canitur: Veni sancte spiritus etc.

Episcopus recitat collectam: Emitte spiritum tuum et creabuntur, et renovabis faciem terræ. Deus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recte sapere per Christum etc. Amen.

Non dubito, quin deus sit affuturus, ut eligamus virum, qui utilis esse possit; peto etiam, ut quisque libere pro conscientia sua dicat suam sententiam sine affectibus, et quia mos fuit hactenus, ut incipiamus a senioribus, dicas, Domine Elia, primum tuam vocam.

Tum ille et omnes rusticani parochi (Johannes Vmyst¹ et Jacobus in Gentofft non aderant) suam vocem dederunt M. Olao Biørnssen²); M. Olaus M. Nicolao Sommerio³); N. Nicolaus Sommerius mihi, ego vicissim illi, idque bona conscientia; M. Jacobus mihi⁴).

¹) Præst i Lyngby. Kaldes andensteds: Hr. Hans Unys (Rørdam, Kbh. Univ. Hist. IV, 124).

²) Præst ved Slotskirken i Kjøbenhavn.

³) Præst ved Helliggejstes Kirke († 1564).

⁴) M. Jakob Nielsen, Præst ved S. Nikolai Kirke († 1571).

At cum episcopus diversa suffragia videret, nominavit 4, D. Eliam in Verløss, D. Petrum Tidemand¹⁾, D. Laurentium²⁾ in Amager et M. Jacobum, quibus se adjunxit et egressus cum illis, ut vel Olaus, vel Nicolaus vel ego eligeret. Tandem rediit dicens:

Fratres nostri plerique elegerunt quidem pium et eruditum virum, M. Olaus Vrsinum, cuius doctrina et mores ipsis perspecti erant, sed quia comperimus, quantam in hac re esse difficultatem, et cum aliquamdiu hæc dignitas apud pastorem divæ virginis manserit, communi suffragio eligimus te M. Johannem Thomæ in præpositum harum provinciarum, et ego ratione officii mei declaro te socium laborum, ac promitto tibi auxilium ac consilium in his primis tuis laboribus; video enim id placere dominis professoribus, ut eorum minister hanc dignitatem habeat, præsertim cum soleat ad maiores functiones præparari et vocari, et possit semper, quoties res postulat, eorum consiliis uti. Moneo insuper, ut pie et diligenter in hoc officio verseris. — Hanc Episcopi electionem omnes sua voce approbarunt.

Johannes Thomæ: Clarissime D. Episcopo et viri reverendi! ago vobis gratias, quod mihi hoc munus commendare voluistis, oro etiam, ut me in negotiis gravibus consilio et auxilio iuvetis, promitto me præstiturum pietatem et diligentiam quam possum per dei gratiam maximam.

II. De religione.

D. Episcopus: Absolvimus nunc unum, cuius gratia convenimus, restat alterum. Sunt autem 4 potissimum, quæ religionem veram conservant:

I. Doctrinæ puritas.

II. Legittima sacramentorum administratio.

¹⁾ Den bekjendte Skribent, Præst i Hersted øster og vester.

²⁾ Hr. Laurits Nielsen, Præst i Taarnby (Rørdam, Kbh. Univ. Hist. II. 732).

III. Cæremoniarum consensus.

III. Et disciplinæ vigor.

I. Doctrinæ puritas.

Quod ad doctrinæ puritatem attinet, nihil de quoquam vestrum dubito, sed ago gratias optimo deo, quod iam multos annos servavit in his regnis summum doctrinæ consensum sine omnibus corruptelis.

Hoc tamen moneo, ne confusanea docendi ratione utamini, sed certos præparetis locos, quos oratione explicetis.

Deinde video in plerisque locis non satisfieri ordinationi regiæ de catechismo docendo; moneo itaque fratres, ut, qui in hac re fuerunt negligentiores, se emendent et singulis diebus dominicis unum præceptum aut articulum breviter explicent et semper eandem rationem ac formam observent.

Est enim dolendum, tantam esse parentum negligentiam, ut non doceant pueros suos catechismum, et rogandi sunt diaconi, ut singulis dominicis pueros unius pagi ad templum pomeridiano tempore convocent eosque diligenter examinent, an teneant doctrinam catechismi.

II. Sacramenta.

In baptismo vellem servari uniformitatem. Quidam et verba et preces recitant in medio pavimento templi, quidam apud baptisterium, idque ab omnibus fieri velim, ut fit in ecclesia Hafniensi.

Hic quidam (D. Johannes, comminister in Gladsaxe) proposuit quæstionem, quam petiit verificari: An non posset certum tempus constitui, in quo baptizarentur illegitimi, et aliud, in quo legitimi.

Responsum est negative, non posse hanc statui differentiam, cum non sit differendus ulli infanti baptismus, sed puerperam scortationi deditam fidem interponere jubeat,

ut mox, cum convaluerit, compareat ac publicam agat poenitentiam.

Ibi D. Episcopus narravit, quendam pastorem in odium præfecti illegitimo thoro nati, cum quo lis ei erat, longa oratione eaque vehementi comprobasse, nullos spurios posse salvari.

III. Cæremoniæ.

Introductiones puerperarum fiant sine cereis, et, sicubi mos est in ablutione osculari patinam, doceatur populus, non esse aliquam sanctimoniam inde petendam, sed signum dilectionis erga ministerium.

Mos elevandi theatricus et idolatricus, sicubi usque viget, prorsus est abrogandus.

III. Disciplina.

Disciplina est duplex, una cleri, altera populi. Decet clericos admoneri, cum sint in iis multa crassa flagitia, quibus ministerium deformatur et pessimum multis scandalum præbetur. Nihil hodie vulgarius est quam ebrietas, quia pastores laudem esse ducunt posse dies noctesque in coetu rusticorum potare strenue. Sunt, qui scortationibus et usuris se polluunt. Est etiam quibusdam vestium levitas, a qua tamen vos immunes esse video.

Quare admoneo vos propter gloriam Christi, vestram et ecclesiæ salutem, ut sitis sobrii corpore et mente, vitetis peccata, et non solum doctrina sed et vita sitis exemplaria gregi.

In disciplina populi maior desideratur gravitas, ut peccata eorum acrius taxentur. Excommunicationis sit usus legitimus non ad inquirenda furta aut maledicendos eos, quorum nomina ignoramus, sed ad excludendos a sacra communione eos, qui obstinate in manifestis sceleribus perseverant. Semper tamen admonitionem procedere oportet.

In confessione privata (quam etiam ob disciplinam retinendam servavimus, ut exploretur fides infirmorum et examinentur hominum conscientiæ) nolim vos semper concepta formula uti, nec unquam quemquam absolvi velim, nisi cuius confessionem expressam audivistis, ne rudes aut insani se vobis obtrudant, sed diligenter examinetis conscientias eorum et perturbatos voce evangelii erigatis.

Hæc sunt, fratres, quæ volui hoc tempore commonere de iis, quæ ad conservationem nostræ religionis facere videntur, et, quod ad me attinet, offero me vobis, ut si quid possum publice aut privatim vobis auxilii aut consilii præstare, semper habeatis me paratissimum. Et quoniam bene successit hic congressus, agamus Deo gratias cantico usitato: Te Deum laudamus etc.

Ao. 1561 Junii die 11 fuit Roschildiæ synodus, in qua præter D. Episcopum adfuit Petrus Bilde præses, M. Petrus Paulinus, M. Andreas Laurentius, omnes præpositi Siælandiæ et singulis adjuncti pastores; duo mecum aderant, M. Olaus Ursinus et M. Jacobus¹⁾.

Hora 8 post finitam M. Petri Paulini concionem et publicas preces ac administrationem sacramenti (vidi elevationem a sacellano usurpari) ventum est in domum capitularem satis amplam, in qua sunt tres mensæ oblongæ.

Ibi Episcopus: Quoniam nihil est neque felix neque salutare, nisi divina benedictione ornetur, quare nos Deum oremus, ut hos congressus in sui nominis gloriam et ecclesiæ ædificationem dirigat et promoveat.

¹⁾ M. Peder Poulsen, tidligere Professor, var siden 1542 Lektor og Sogneprest i Roskilde. M. Anders Lauritsen var paa denne Tid Rektor i Roskilde, blev senere Professor. M. Oluf Bjørnsen og M. Jakob Nielsen er nævnt tidligere. — De paa Synoden fattede Beslutninger er meddelte af Dr. H. F. Rørdam i Ny kirkehist. Saml. II, 470—4.

Canitur: Veni sancte spiritus etc.

Collect: Deus, qui corda etc.

Quoties hunc pulcherrimum coetum intueor, patres reverendi, et de ecclesiis harum regionum mecum cogito, duo nobis præcipue consideranda esse comperio. Quorum primum est clementia Dei, qui pro immensa et ineffabili bonitate sua se nobis patefecit et voluntatem suo in evangelio nobis revelavit, ut rejectis nugis mahometicis et pontificiis simplicem veritatem amare, discere, complecti et retinere possimus.

Alterum est collectio et conservatio ecclesiæ, quæ fit per ministerium verbi sine præsiidiis humanis, atque ut felicius in hoc ministerio versari possimus, gravibus de causis quotannis hoc loco convenire solemus, 1) ut doctrinæ puritas conservetur, 2) et in cæremoniis consensus 3) ac in moribus disciplina retineri possit.

Necessitas. Est etiam summe necessarium, ut hos congressus servemus. Oportet enim infirmitates fratrum revelari, ne latius cum magno tum ipsorum tum ecclesiæ malo serpent. Oportet hoc facto firmari conjunctionem animorum contra impios, hypocritas et Epicureos. Nam si quis statum ecclesiarum altius inspiciat, nullas neque pestes neque dissipationis causas inveniatur, quam sunt:

1. Corruptelæ sanæ doctrinæ.
2. Neglectus disciplinæ.
3. Odia et simultates docentium.
4. Impunitas.

Porro cum summa sit ministerii nostri difficultas, cum gravissimis poenis et calamitatibus ob neglectum officium afficiamur, cum promissionibus et præmiis a Deo ad præstanda, quæ nostri sunt muneris, invitentur, summa cura et attentione nos observare decet, quid potissimum facere debeamus.

Duplex est autem in universum cura docentium et fidelitas, una doctrinæ, altera vitæ. In docente, quo ad doctrinam attinet, hæ virtutes requiruntur:

1. Pietas.
2. Petitio donorum.
3. Lectio et meditatio verbi.
4. Fidelitas, ut ita doceat tamquam in conspectu Dei et castorum angelorum.

5. Doctrinæ accommodatio, quæ more prophetico et apostolico fit per exhortationes aut objurgationes et consolationes.

Amplifica antithesi:

Vita pastoris sit irreprehensibilis, ut possit esse exemplar gregi, ut glorificetur Deus, ut retineatur fides et exerceatur ac ostendatur, ut alii inde exemplum capiant, ut contingant præmia temporalia et spiritualia.

Contra, si male vivat pastor, Dei gloriam impedit, et quod una manu ædificat, altera destruit, offendit infirmos, offendit usores doctrinæ, offendit flagitiosos.

Quare minister verbi ante omnia sic doctrinam, vitam et mores instituat, ut quæratur gloria Dei et ecclesiæ salus.

Oro itaque Deum æternum, ut nos omnes et singulos sancto suo spiritu gubernet et faciat vasa misericordiæ, ut sublatis dissidiis faciamus, quod nostri est officii, et maneamus in Domino. Amen.

His dictis lectæ sunt literæ regiæ, quibus mandatur, ut præstetur Petro Bilde obedientia debita ab iis, qui ei subjecti sunt per diocesim et provinciam aulæ¹⁾ episcopalis.

Post repetitæ sunt constitutiones synodales anno superiori datæ, et aliquot additæ. Tandem variæ causæ et querelæ pastorum positæ in medium usque ad horam 2 a meridie.

Omnibus peractis episcopus gratias egit Deo pro felici huius conventus exitu et singulos Deo commendavit.

¹⁾ Saaledes synes der at staa. Jvfr. Kirkehist. Saml. 3. R. II, 160.

Anno 1561 die 17 Junii celebratæ sunt calendæ in Amagger a domino Laurentio. Venimus in templum hora 8; D. Petrus Tidemand, qui anno superiori calendarum sump- tus fecerat, missam peregit et contionatus est de Ecclesia. Carmina latine cantata eodem modo ut in die trinitatis: Benedicta sit sancta etc.

Post concionem obtulimus Dño Petro munus honora- rium, et cantatum est: Te Deum etc.

Finitis sacris rustici exiverunt, et januis clausis pasto- res solos in hunc modum allocutus sum:

Nemo vestrum est, reverendi fratres, qui nesciat, hanc synodum provincialem in lingua vernacula a calendis nomen habere (v. calare). Sunt autem calendæ apud Romanos primus dies mensium, quem Græci *ἔνθη καὶ νέαν* seu *νεομηρίαν* appellant. Verum calendarum appellatio apud Græcos infrequens est, ut monet proverbium: Ad Græcas calendas ο: nunquam. Unde Camerarius hanc voceim non per K sed per C scribendam asserit.

Etymologiæ traduntur variæ, quarum prima et vulgata est, calendas dici ab antiquo verbo calo calas calare ο: *καλέω* seu voco, quod primo die mensis pontifex calata ο: vocata plebe pronunciavit, quot numero dies a calendis usque ad nonas superessent, et quotannis quidem nonas quinques repetito vocabulo Calo, septimas septies prædi- cavit¹⁾.

Altera est Plutarchi, qui conjectat calendas a clam dici, nimirum quod luna in congressu seu coitu cum sole eo tempore clam sit ο: lateat, occultata radiis solis, quem- admodum nonas (i. e. 5 vel 7 diem) a nova luna vel *ἀπὸ τοῦ νομηρίας* dici existimat, quod illo tempore luna a coitu primum clare perspicueque cernatur. Et idus, quæ ad 13 vel 15 diem congruunt, *ἀπὸ τοῦ εἶδους* ο: a specie,

¹⁾ Ved «septimæ» (nonæ septimanæ) menes de nonæ, som falder paa den syvende dag i maaneden.

forma seu pulchritudine nominatas opinatur, quod luna tunc pleno orbe luceat.

Tertia est, calendæ dici quasi colendæ; primus enim dies cuiuslibet mensis colebatur ab antiquis in honorem Junonis. Unde Ovidius¹⁾: Vendicat Ausonias Junonis cura calendæ.

Quarta est, calendæ a κάλον, quod est bonum, appellari, eo quod in primo cuiuslibet mensis die solebant ab amicis mutuo dari dona quædam, ut per totum mensem sequentem bonum omen eis eveniret.

Cum itaque ipsis calendis præpositus synodus provinciales indixerit, factum est, ut per metonymiam synodus ipsa nomine calendarum intelligatur²⁾.

Hæc de nomine conventus seu synodi præfari volui; nunc de finibus seu utilitatibus eius dicendum et agendum est breviter.

Potissima utilitas, cur hoc tempore celebrentur calendæ, est, ut statuta synodalia in synodo dioecesana hic fratribus indidentur.

Recitavi hic synodalia.

Altera utilitas est; ut fiant collationes de doctrina, quam scio puram et incorruptam ordine a vobis proponi.

Tertia est, ut de consensu cæremoniarum colloquamur et quascunque dissimilitudines, quoad fieri potest, tollamus.

Quarta, ut de vita et moribus pastorum agatur, et hoc loco proferantur, si quæ sunt inter fratres obortæ dissentiones, ut sopiantur, ne ad vulgus cum magno evangelii detrimento dimanent³⁾.

¹⁾ Fasti I, 55.

²⁾ Ogsaa P. Palladius har i •Formula visitationis• udtalt sin mening om emytologien af ordet •kalent• (D. Kirkelove II, 30 og 33).

³⁾ Beretningen om kalenten mangler afslutning, hvortil forf. har ladet plads staa aaben i haandskriftet.

I et senere Brev til Red. meddeler Rektor Erichsen i Tromsø bl. a. følgende: „I et andet mig tilhørende exemplar af Kirkeordinantsen af 1562 har den første eier, en vis Michael P(etri, vistnok præsten i Alsted og Fjenneslev) bl. a. skrevet: Ego Michael . . . in officio ecclesiastica ac ministerio dei constitutus ac ordinatus die 17 Junii ab ipso Episcopo D. Johanne Albert. Seland., præsentē episcopo M. Nicolao Fionensi, cum manuum impositione et piis precibus in conspectu dei et hominum piorum. Ideo doctus, pius nec non honestus vir M. Mart. Pet., Abb. Soren. hæc mihi Christi dicta in perpetuam memoriam communicavit: — — — Intet aarstal¹⁾. Bagi var, da jeg fik bogen, indheftet et udmærket smukt exemplar af Palladius's traktat af 1553 (den, som senere er udgiven af Langebek og Sv. Grundtvig). — Jeg eier ogsaa et exemplar af udgaven 1617 af kirkeordinantsen, hvori paa 40 tætskrevne blade haandskrevne tillæg, bemærkninger og oplysninger angaaende kirkeforfatningen i Danmark, nedtegnede med en ualmindelig smuk og god haand c. 1630 (der er det seneste aarstal, som forekommer) og rimeligvis i Skaane („her i stiftet“). Forfatteren sammenligner den latinske, den norske ordinants samt en mængde kgl. breve og forordninger m. m. fra de ældste tider lige ned til 1630 og udtaler sig selvstændig om skikke og misbrug paa hans egen tid“.

¹⁾ Da Biskop Hans Albertsen døde 25. Maj 1569, kan Michel Pedersens Ordination ikke være foregaaet senere end 1568, og formodentlig er den sket netop i dette Aar. Alsted og Fjenneslev laa den Gang umiddelbart under Sorø Kloster, saa Præsterne havde Bolig og Underholdning i Klosteret. Men heri skete 1569 en Forandring, da Kongen befalede Abbederne i Sorø og Ringsted samt Prioren i Antvorskov at udlægge de Præster, som havde Underholdning i de nævnte Klostere, hver sin Præstegaard og lade dem følge hvad Tiende og Rente, dennem bør, ligesom andre Præster her i Landet have (Ny kirkehist. Saml. II, 764—5. D. Kirkelove II, 218—22). Efter at Michel Pedersen var bleven selvstændig Præst, ægtede han 1570 Anne Pedersdatter fra Grenaa (Wiberg I, 91), der sikkert var en Søster til ovennævnte Abbed Morten Pedersen (se Ny kirkehist. Saml. III, 483 ff.).